



*gentilitium est ERNESTINI nominis ornamentum, studium a Te cum iurisprudencia felicissime esse coniunctum. Caeterum Deum Optimum Maximum precor, ut Tibi dulcissima atque optatissima doctrinae Tuae praemia mox largiatur, Teque una cum tota gente Tua Splendidissima omni bonorum genere florentissimum esse iubeat. Quod si, ut spero et opto, continget, non ego solum, quem Tui amantissimum semper fuisse, cognitum perspectumque habes, sed omnino omnes, quibus ingenii Tui excellentia, animique virtus aut iam innotuit, aut in posterum innotescet, dulcissimum gaudium percipient. Ita vale, Amicissime GVINHERE, meque, quod hucusque fecisti, amore Tuo complectere. Scrib. Lipsiae a. d. XXIV. Octobr. A. C. MDCCLXXXI.*

